UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 2. Conatus emendandi locum quendam Taciti peßimè à librarijs acceptum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70864

Visual Library

libus & pontificalibus libris deprompta ſint; propria Chriſtianæ fidei, & Chriſtianorum rituum verba, vt non ſatis Latina contemnere? Plura dicere cùm pararem, amicorum quorundam interuentus inſtitutum ſermonem abrumpere coëgit.

Conatus emendandi locum quendam Taciti peſſimè à librarijs acceptum.

CAP. II.

SOLENT interdum medici eos quoque ægrotos, quorũ ſalus ab omnibus depoſita iam ac deſperata eſt, curandos ſuſcipere, interpoſita prius cautione, fraudi ſibi non fore, ſi quid eis interea deterius acciderit. Eadem ego quoque conditione locum quendam Taciti ſuſcipiam, ita malè affectum & in vulgatis & in veteribus libris, vix vt vlla ſpes eius ſanandi ſupereſſit. Si quid igitur boni efficere potuero: ſin minus, veniam tamen vt ſpero, ab æquis iudicibus conſequar. Ita ergo ſcriptum eſt libro XIV. Annalium ab exceſſu Diui Auguſti: *Ne tamen ludicræ tantùm imperatoris artes noteſcerent, carminum quoque ſtudium affectauit contractis quibus aliqua pangendi facultas. Nec dum inſignis ætatis nati conſidere ſimul, & allatos vel ibidem repertos verſus connectere, atque ipſius verba quoquo modo prolata ſupplere: quod ſpecies ipſa carminum docet, non impetu & inſtinctu, nec ore vno fluens.* Neque multum opis in veteribus libris, in quibus ita legitur; *Nec dum inſignis ætatis tati conſidere ſimul & natos vel repertos ibidem verſus connectere.* Nunc quomodò ei mederi coner, aperiam. Primùm illud *tati*, ex quo ab alijs factum eſt, *nati*, deleo: & puto fruſtrà geminatas eſſe ab indocto & oſcitante librario litteras eius vocis quæ proximè præceſſerat. Deinde ex illo *ætatis*, facio *erat*. Ij.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Poſtremò vbi eſt & *natos vel repertos*, deleo illud
repertos:& puto dubitationem fuiſſe librarij legere
ſcientis. Quæ ſi mihi concedantur, præſtare auſim,
cum integrum eſſe hoc modo: *Ne tamen ludicrus*
tùm imperatoris artes noteſcerent, carminum quoque
dium affectauit, contractis quibus aliqua pangendi fac
necdum inſignis erat. Ii conſidere ſimul, & natos
verſus connectere, atque ipſius verba quoquo modo pr
ſupplere: quod ſpecies ipſa carminum docet, non imp
inſtinctu, nec ore vno fluens. Si quis igitur melius al
nouit, impertiat: ſi non, his mecum vtatur licet.

Emendata quædam apud Tacitum in vita Iulij Agri

CAPVT III.

IN vita Iulij Agricolę, quam idem ille Latinus T
cydides ſcripſit, oratio eſt ducis Britannorum G
gaci, ardoris & vehementiæ plena, qua ille milites
ad fortiter pugnandum cohortatur, facilemque et,
præſenti animo ſint, ſpem victoriæ oſtentat. In ea
vulgo legitur: *Brigantes, femina duce, exurere colon*
expugnare caſtra, ac, niſi felicitas in ſecordiam ver
exuere iugum potuere: nos integri & indomiti, & liber
tem non in præſentia laturi, primo ſtatim congreſſu
oſtendamus quos ſibi Caledonia viros ſepoſuerit. In qu
acutè vidit Lipſius, legendum *prima ſtatim congr*
ne. Idque ipſi mihi magis placet, quàm quod eg
tea ſuſpicatus eram, vocem *vnde* delēdam eſſe
etſi vtroque modo eadem ſententia efficitur. Sed
quæ proximè antecedunt, vt obſcuriora, & ad co
gendum difficiliora ſint, Rhenani temeritate fact
eſt, qui, vt in Taciti libris nonnulla correxerit, m
certè plura corrupit. Libri Romæ impreſſi habe
& in libertatem non in præſentiam laturi. Rhenanus
ci